

1524. in Gbri

307

Andreas Cricius episcopus Premislis
ensis, Petro Tomicki Cracoviensi et
Posnaniensi episcopo, regni Polonie
vicecancellario.

97

Reverendissime mi Domine. Reddite sunt mi:
hi primusculum hec litera ex Lublino de illo
forte notariatu, pro quo dominus camerari
us et ego reverendissime dominationi vestra
in personam patris, mei Orarowski, suppli:
cavimus. Qui cum homo sit profectionis
etatis, probus, et fertur ab omnibus, et mi:
nime cupidus vel ambitiosus. Cum autem
iste pro quo scribitur, et invenis sit, et eius:
dem terra iudicis rerum suarum studiosi,
filius, credo iustissima ratione, priores me:
as preces potiores apud reverendissimam do:
minationem ^{vestra} futuras, que omnia recta lan:
ce perpendit. Et que sciat dominum Zar
moyski fuisse Lublini bene sanum feria
sexta ante festum sancti Martini, et Cra:
covicam applicare debuisse, feria secunda
sequenti, que dies est hodie octava. 1524.
in Novembri.

1822 in April

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to its orientation and fading. It appears to be a letter or a formal document, possibly related to the date in the header.